

Mariæ virginis útero, ut *suprà*.

*Ad Nonam, Antiphona.*

Ecce ancilla Dómini.

*Capitulum.*

*Isaie 7. c.*

**E**cce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

*Angelus Dómini nuntiavit Mariæ.*

*R.* Et concepit de Spiritu sancto. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. *V.* Dominus vobiscum. *Oratio.* Deus, qui de beatæ Mariæ ut *suprà*.

**POST NATIVITATEM**

Usque ad Purificationem inclusive, Officium beatæ Mariæ dicitur ut ante Adventum, exceptis his que sequuntur.

**AD LAUDES,**

*& per Horas, Antiphona.*

**O** Admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. *Psalm.* Dóminus regnavit, cum reliquis. *cl.ij. Añs.* Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc *cl.ij. Añs.* sunt Scripturæ: Sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum: tu laudamus Deus noster. *Añs.* Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei Génitricis intercedere pro nobis. *Añs.* Germinavit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo peperit Salvatorem: tu laudamus Deus noster. *Añs.* Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia.

*Ad Benedictus, Antiphona.*

Mirabile mysterium declaratur hodie: innovantur naturæ, Deus ho-

mo factus est: id quod fuit permansit, & quod non erat, assumpsit: non commixtionem passus, neque divisionem. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**D**eus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum. *R.* Amen.

*Et dicitur ad omnes Horas, & in eis additur, Qui tecum vivit, &c.*

*Deinde pro Sanctis, Antiphona.*

Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. *V.* Latramini in Dómino & exultate justi. *R.* Et gloriamini omnes recti corde.

*Oratio.*

**P**rotege Dómine pópulum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpétua defensione conserva.

**O** mnes Sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubique adjuvet; ut dum eorum merita recólimus, patrocinia sentiámus; & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesiâ tuâ cunctam repelle nequitiam: iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum, in salûtis tuæ prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: & omnibus fideiibus defunctis requiem æternam concede. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

*Reliquum Officium in alijs Horis, ut *suprà* ante Adventum. clxv.*

*Ad Vesperas, Añs.* O admirabile commercium! ut *suprà* in *Laud.* *cl.ij.* *Psalmi consueti de B. Virg.* *clxxij.* Ad

Ad Magnificat & ad Nunc dimittis, *Antiphona.* Magnum hæreditatis mysterium! templum Dei factus est úterus nescientis virum: non est pollütus ex ea carnem assumens: omnes Gentes venient dicentes: Gloria tibi Dómine.

**TEMPORE PASCHALI**  
Officium B. Mariæ dicitur sicut ante

Adventum, sed ad Benedictus, & ad Magnificat, & ad Nunc dimittis, dicitur sequens *Antiphona.* Regina cœli lætare, alleluia: Quia quem meruisti portare, alleluia; resurrexit sicut dixit, alleluia: Ora pro nobis Deum, alleluia.

*Antiphonis autem, Versibus & Responsoriis non additur in fine Alleluia.*

## OFFICIUM DEFUNCTORUM.

**D**icitur extra tempus Paschale prima cujusque mensis die, non impedita festo novem Lectionum, alioquin alia sequenti die similiter non impedita. In Adventu autem & Quadragesima, Feria ij. cuiuslibet Hebdomadæ similiter non impedita; præterquam in majori Hebdomadæ. In Choro dicitur post Officium diei, id est, Vesperæ post Vesperas, & Matutinum post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum; extra Chorum vero pro opportunitate temporis.

*Ad Vesperas absolutè incipitur ab Antiphona Placêbo Dómino.*

*Psalmus 114.*

**D**ilexi, quóniam exaudiet Dóminus \* vocem orationis meæ. Quia inclinavit aurem suam mihi: \* & in diebus meis invocabo. Circumdederunt me dolores mortis: \* & pericula inférni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem invenit: \* & nomen Dómini invocavi.

O Dómine libera animam meam: miserericordias Dóminus, & justus, & Deus noster miseretur.

Custodiens paryulos Dóminus \* humiliatus sum, & liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam: \* quia Dóminus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte: \* oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placêbo Dómino \* in regione vivorum.

*In fine omnium Psalmorum dicitur, Requiem æternam \* dona eis Dómine.*

*Et lux perpétua \* luceat eis.*

*Antiphona.* Placêbo Dómino in regione vivorum.

*Antiphona.* Mihi mihi Dómine.

*Psalmus 119.*

**A**d Dóminum cum tribulârer clamavi: \* & exaudivit me.

Dómine libera animam meam a labiis iniquis, \* & a lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi \* ad linguam dolosam?

Sagittæ poténtis acutæ, \* cum carbónibus desolatoris.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus Cedar: \* multum incolata fuit anima mea.

Cum

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: \* cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem aeternam.  
Antiphona. Hei mihi Domine, quia incolatus meus prolongatus est.  
Antiphona. Dominus custodit te.  
Psalmus 120.

**L**evavi oculos meos in montes, \* unde venit auxilium mihi.  
Auxilium meum a Domino, \* qui fecit caelum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum, \* neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, \* qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua \* super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: \* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: \* custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: \* ex hoc nunc, & usque in saeculum.

Requiem aeternam.  
Antiphona. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Antiphona. Si iniquitates, Psalmus 129.

**D**e profundis clamavit ad te Domine: \* Domine exaudi vocem meam:

Fiant aures tuae intendentes, \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: \* Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: \* & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: \* speret Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia: \*

& copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam.  
Antiphona. Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?  
Antiphona. Opera, Psalmus 137.

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: \* quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi: \* adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: \* quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me: \* multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terrae: \* quia audierunt omnia verba oris tui:

Et cantent in vitis Domini: \* quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: \* & alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: \* & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: \* Domine misericordia tua in saeculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem aeternam.  
Antiphona. Opera manuum tuarum Domine ne despicias. *Y.* Audivi vocem de caelo dicentem mihi. *R.* Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Antiphona. Omne.

Canticum B. Mariae Virginis.

*Luce 1, c*

**M**agnificat \* anima mea Dominum:

Et

Et exultavit spiritus meus \* in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae: \* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: \* & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies \* timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: \* dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, \* & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: \* & divites dimisit inanes.

Suscipit Israel puerum suum, \* recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros, \* Abraham, & semini ejus in saecula.

Antiphona. Omne quod dat mihi Pater, ad me venit: & eum qui venit ad me, non ejiciam foras.

Preces infrascriptae dicuntur flexis genibus, similiter & ad Laudes.

Pater noster. *Secretum Y.* Et ne nos indicas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo. *Psalmus 145.*

**L**auda anima mea Dominum, & laudabo Dominum in vita mea: \* psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus: \* in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: \* in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius: \* qui fecit caelum & terram, mare, & omnia, quae in eis sunt.

Qui custodit veritatem in saeculum, facit iudicium injuriis patientibus: \* dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos: \* Dominus illuminat caecos.

Dominus erigit elisos, \* Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, pupillam *Parv. Hyemalis.*

lum, & viduam suscipiet: \* & vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in saecula Deus tuus Sion, \* in generationem & generationem.

Cujus loco ad Laudes dicitur Psalmus De profundis. clvj. Qui Psalms non dicuntur in die omnium Fidelium Defunctorum.

In fine Psalmi, Requiem aeternam dona eis Domine.

Et lux perpetua \* luceat eis.

Deinde *Y.* A porta inferi. *R.* Erue Domine animas eorum. *Y.* Requiescant in pace. *R.* Amen. *Y.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Y.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**D**eus, qui inter Apostolicos sacerdotibus famulos tuos Pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

**D**eus, venia largitor, & humanae salutis amator: quaesumus clementiam tuam; ut nostrae congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beatae Mariae semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas.

**F**idelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in saecula saeculorum. *R.* Amen.

In die vero Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quando dicitur haec ultima tantum *Oratio*, dicitur: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

Ppp

In

## In die Depositionis Defuncti.

## Oratio.

**A**bsolve, quæsumus Dómine, animam famulí tui **N.** ut defunctus sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatióne commisit, tu vénia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dóminum.

**Si fuerit femina, dicatur** animam famulæ tuæ **N.** ut defuncta.

## In Anniversario die, Oratio.

**D**eus indulgentiarum Dómine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum Anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dóminum, &c.

**Si pro uno tantum sit Anniversarium, dicatur in singulari numero.**

**Pro uno Episcopo defuncto,**

## Oratio.

**D**eus, qui inter Apostólicos sacerdotes, famulum tuum **N.** Pontificali fecisti dignitate vigere; præsta quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregetur consórtio. Per Dóminum nostrum, &c.

**Si fuerit Sacerdos, dicatur** Sacerdotáli fecisti, &c.

**Pro fratribus verò & familiaribus, vel benefactoribus, dicitur** Oratio. Deus, vénia largitor, ut supra. clvii.

## Pro Patre &amp; Matre, Oratio.

**D**eus, qui nos Patrem & Matrem honorare præcepisti: miserere cleménter animabus Patris ac Matris meæ, eorumque peccata dimitte; meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dóminum, &c.

**Si sit pro pluribus, dicatur** animabus Paréntum nostrorum, & ubi dicitur meque, dicatur nosque.

**Si pro Patre tantum, dicatur** animæ Patris mei, vel nostri.

**Si pro Matre tantum, dicatur** animæ Matris meæ, vel nostræ.

## Pro uno Defuncto, Oratio.

**I**nclina Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam supplices deprecamur: ut animam famulí tui, quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas; & Sanctorum tuorum iubeas esse consórtem. Per Dóminum.

## Pro una Defuncta, Oratio.

**Q**uæsumus Dómine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ: & contagii mortalitatis exítam, in æternæ salvatiónis partem restitue. Per Dóminum nostrum, &c.

**V.** Réquiem æternam dona eis Dómine. **R.** Et lux perpétua luceat eis. **V.** Réquiescat in pace. **R.** Amen.

## Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem, cui omnia vivunt, \* Venite, adorémus. Repetitur Regem, cui omnia vivunt, Venite, adorémus.

## Psalmus 92.

**V**enite, exultémus Dómino, jubiléus Deo salutári nostro: præoccupémus faciém ejus in confessióne, & in psalmis jubiléus ei.

Regem, cui omnia vivunt, venite, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & Rex magnus super omnes deos: quóniam non repellet Dóminus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitudines móntium ipse cónspicit.

Venite, adorémus.

Quóniam ipsus est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundaverunt manue ejus: Venite, adorémus, & prociámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus ejus, & oves pascuæ ejus.

Regem, cui omnia vivunt, venite, adorémus.

Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatióne secundum diem tenta-

ta-

tatiónis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, & viderunt ópera mea.

Venite, adorémus.

Quadráginta annis proxímus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibant in réquiem meam.

Regem, cui omnia vivunt, venite, adorémus.

Réquiem æternam dona eis Dómine: & lux perpétua luceat eis.

Venite, adorémus.

Regem, cui omnia vivunt, \* Venite, adorémus.

**Hoc Invitatorium dicitur tantum in die Commemoratiónis omnium Fidelium Defunctorum, & in die Depositionis Defuncti: quibus diebus dicitur in infrascripti Nocturni, & Antiphonæ duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantum unum Nocturnum Laudibus hoc ordine: Feria ij.**

**& v. primum Nocturnum: Feria iij. & vj. secundum Nocturnum: Feria iv. & Sabbato, tertium Nocturnum.**

## IN PRIMO NOCTURNO.

**Pro Feria secunda & quinta.**

**Antiphona. Dirige.**

## Psalmus 5.

**V**erba mea auribus percipe Dómine, \* intéllege clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, \* rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: \* Dómine mané exáudies vocem meam.

Mané astábo tibi, & videbo: \* quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus: \* neque permanébunt injusti ante óculos tuos.

Odisti omnes, qui operántur iniquitatem: \* perdes omnes, qui loquántur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominábitur Dóminus: \* ego autem in multitudíne misericórdiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justitia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eorum veritas: \* cor eorum vanum est.

Sépulchrum patens est guttur eorum, linguís suis dolosè agébant: \* júdica illos Deus.

Décidant à cogitatióibus suis, secundum multitudínem impietatum eorum expélle eos: \* quóniam irritavérunt te Dómine.

Et latéant omnes, qui sperant in te, \* in ætérnum exultábunt: & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: \* quóniam tu benedices justo.

Dómine, in seuto bonæ voluntatis tuæ \* coronasti nos.

Réquiem æternam.

**Antiphona. Dirige Dómine Deus meus in conspéctu tuo viam meam.**

**Antiphona. Convertere.**

## Psalmus 6.

**D**omine ne in furore tuo arguas me, \* neque in ira tua corripis me.

Miserere mei Dómine, quóniam infirmus sum: \* sana me Dómine, quóniam conturbata sunt ossa mea.

Et ánima mea turbata est valde: \* sed tu Dómine úsquequò?

Convertere Dómine, & erípe animam meam: \* salvum me fac propter misericórdiam tuam,

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: \* in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gemitu meo, lavábo per singulas noctes lectum meum: \* lacrymís meis stratum meum rigábo.

Turbatus est a furore oculus meus: \* inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discédite a me omnes qui operamini iniquitatem: \* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, \* Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: \* convertantur & erubescant valde velociter. Requiem aeternam.

*Antiphona.* Convertere Domine, & eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui. *Antiphona.* Nequando.

*Psalms 7.*

**D**omine Deus meus in te speravi: \* salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam, \* dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, \* si est iniquitas in manibus meis:

Si reddidi retribuētibus mihi mala, \* decida merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehēdat, & conciliet in terra vitam meam, \* & gloriam meam in pulvere dedicat.

Exurge Domine in ira tua: \* & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: \* & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regrederis: \* Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secundum justitiam meam: \* & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum, \* scrutans corda, & renes Deus.

Iustum adiutorium meum à Dōmīno, \* qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus, fortis, & patientis: \* numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: \* arcum suum tetendit, & paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis, \* sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit in iustitiam: \* concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum: \* & incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: \* & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Dōmīno secundum justitiam ejus: \* & psallam nōmīni Dōmīni altissimi.

Requiem aeternam.

*Antiphona.* Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

*Ps.* A porta inferi. *R.* Erue Domine animas eorum. Pater noster. *rotam secreti.*

*LECTIONES LEGANTUR SINE ABSOLUTIONE, BENEDICTIONIBUS & TITULO.*

*LECTIO j.*

*Job 7. 3.*

**P**arce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appōnis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Usquequod non parcis mihi, nec dimittis me ut gloriā salvam meam? Peccavi, quid faciam tibi? o custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum gravi? Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? ecce, nunc in pulvere dormiam: & si manē me, quiescis, non subsistam.

*LECTIONES TERMINANTUR SINE TU AUTEM, & ALIA CONCLUSIONE.*

*R.* Credo quod Redemptor meus vivit: & in novissimo die de terra surrecturus sum: \* Et in carne mea

vi-

vidēbo Deum Salvatorem meum. *Ps.* Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspiciantur sunt. Et in carne.

*LECTIO ij.*

*Job 10.*

**T**ædet animam meam vita mea, dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices. Numquid bonum tibi videtur, si calumniaris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carni tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut queras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erigere.

*R.* Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum: \* Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ. *Ps.* Qui venturus es iudicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Tu eis.

*LECTIO iij.*

*Job 10. b*

**M**anus tuæ fecerunt me, & pavaverunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? Memento quæso quod sicut lutum feceris me, & in pulvere redices me. Nonne sicut lac multisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnis vestisti me: ossibus & nervis compegisti me. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

*R.* Domine, quando videris iudicare terram, ubi me abscondam à vultu iræ tuæ: \* Quia peccavi nimis in vita mea. *Ps.* Commissa mea pavescō, & ante te erubescō: dum veneris iudicare, noli me condemnare. Quia peccavi. *Ps.* Requiem aeternam dona eis Domine: & lux per-

pœna liceat eis. Quia peccavi. *Postea ad Laudes, ut infra.* clxvj. quando dicitur unum tantum *Nocturnum.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Pro Feria tertia & sexta.*  
*Antiphona.* In loco pascuæ.

*Psalms 22.*

**D**ominus regit me, & nihil mihi deerit: \* in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: \* animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ, \* propter nomen suum.

Nam, & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: \* quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus, \* ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, \* adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum, \* & calix meus inebrians quam præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me: \* omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini, \* in longitudinem dierum.

Requiem aeternam.

*Añs.* In loco pascuæ ibi me collocavit. *Añs.* Delicia.

*Psalms 24.*

**A**d te Domine levavi animam meam: \* Deus meus in te confido, non erubescam:

Neque irideant me inimici mei: \* etenim universi qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes \* supervacane.

Vias tuas Domine demonstra mihi: \* & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: \* quia tu es Deus Salvator meus, & te sustinui tota die.

Remissere misericordiam tuam Domine: \* & misericordiarum

pp 3

rum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ, \* & ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: \* propter bonitatem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuétus in iudicio: \* docebit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, misericórdia & veritas, \* requiréntibus testamentum ejus & testimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiaberis peccato meo: \* multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? \* legem statuit ei in via, quam elégit.

Ánima ejus in bonis demorabitur: \* & semen ejus hæreditabit terram.

Firmamentum est Dóminus timéntibus eum: \* & testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum: \* quoniam ipse évellét de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserere mei: \* quia unicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicatæ sunt: \* de necessitatibus meis érue me.

Vide humilitatem meam, & labórem meum, \* & dimitte univérsa delicta meæ.

Réspice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, \* & ódio iniquo odérunt me.

Custodi ánimam meam, & érue me: \* non erubescam quoniam sperávi in te.

Innocéntes & recti adhæserunt mihi: \* quia sustinui te.

Libera Deus Israël \* ex ómnibus tribulationibus suis.

Requiem ætérnam.

*Añs.* Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Dómine.

*Antiphona.* Credo vidére.

*Psalms 26.*

**D**ominus illuminatio mea, & salus mea, \* quem timébo?

Dóminus protector vitæ meæ, \* à quo trepidábo?

Dum appropiant super me nocentes, \* ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, \* ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, \* non timébit cor meum.

Si exúrgat adversum me prælium, \* in hoc ego sperábo.

Unam petrià Dómino, hanc requiram, \* ut inhabitem in domo Dómini ómnibus diebus vitæ meæ:

Ut videam voluptatés Dómini, \* & visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernáculo suo: \* in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculo sui.

In petra exaltávit me: \* & nunc exaltávit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, & immolávi in tabernáculo ejus hostiam vociferatiónis: \* cantábo, & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, quæ clamávi ad te: \* miserere mei, & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, & acquisivit te facies mea: \* faciem tuam Dómine requiram.

Ne avértas faciem tuam à me: \* ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto: \* ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutáris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: \* Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dómine in viam: \* & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me: \* quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & ment-

tita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini \* in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viriliter age, \* & confortetur cor tuum, & sustine Dóminum.

Requiem ætérnam.

*Añs.* Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *Y.* Cólloct eos Dóminus cum princípibus. *R.* Cum princípibus populi sui. Pater noster, totum secreto.

*Lectio iv.*

*Job 13. c.*

**R**espónde mihi: Quantas habeo iniquitates & peccata, scélera mea & delicta osténde mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, & stipulam siccam persequeris: scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meórum considerasti: Qui quasi putrédo consumendus sum, & quasi vestimentum quod coméditur à tinea.

*R.* Meménto mei Deus, quia ventus est vita meæ: \* Nec aspiciat me visus hóminis. *Y.* De profundis clamávi ad te Dómine, Dómine exáudi vocem meam. Nec aspiciat.

*Lectio v.*

*Job 14.*

**H**omo natus de muliere, brevi vivens tempore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egreditur, & contéritur, & fugit velut umbra, & numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperire óculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne tu quis solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus mênsum ejus apud te est: constituisti tér-

minos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiéscat, donec opátia véniat, sicut mercenárii dies ejus.

*Y.* Hei mihi Dómine, quia peccávi nimis in vita meá. Quid faciam miser? ubi fugiam, nisi ad te Deus meus?

*R.* Miserere mei, dum véneris in novissimo die. *Y.* Anima meá turbata est valde, sed tu Dómine succurre ei. Miserere.

*Lectio vj.*

*Job 14. c.*

**Q**uis mihi hoc tribuat, ut in inferno prótegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? cunctis diebus, quibus nunc milito, expécto donec véniat immutatío meá. Vocabis me, & ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum porrige dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

*R.* Ne recordéris peccata meá Dómine, \* Dum véneris judicare sæculum pro ignem. *Y.* Dirige Dómine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum véneris. *Y.* Requiem ætérnam. Dum véneris.

*Posteá ad Laudes, ut infra, clxvj. quando dicitur unum tantum Nocturnum.*

*IN IIII NOCTURNO.*

*Pro Feria quarta & Sabbato.*

*Antiphona.* Complacet.

*Psalms 39.*

**E**xpectans expectávi Dóminum: \* & inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas, \* & eduxit me de lacu misériæ, & de luto facis.

Et statuit super petram pedes meos: \* & diréxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum, \* carmen Deo nostro.

Videbunt multi & timebunt: \* & sperábunt in Dómino.

*Ppp 4*

Beatus vir, cuius est nomen Dómini spes eius: \* & non respexit in vanitatibus & insaniis falsas.

Multa fecisti tu Dómine Deus meus mirabilia tua: \* & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi & locutus sum: \* multiplicati sunt super numerum: Sacrificium & oblationem noluiti: \* aures autem perfecisti mihi.

Holocautum & pro peccato non postulasti: \* tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam: \* Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia magna, \* ecce labia mea non prohibebo: Dómine tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: \* veritatem tuam & salutarem tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam \* a concilio multo.

Tu autem Dómine ne longè facias miseraciones tuas à me: \* misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: \* comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui ut vidirem.

Multiplicatae sunt super me capitis mei: \* & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Dómine ut eruas me: \* Dómine, ad adiuvandum me respice.

Confundantur, & reverentur simul, qui quaerunt animam meam, \* ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, & revertantur, \* qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge. Exultent & lætentur super te omnes quaerentes te: \* & dicant semper:

Magnificetur Dóminus: qui diligunt salutarem tuum.

Ego autem mendicis sum, & pauper: \* Dóminus sollicitus est mei.

Adjutor meus, & protector meus tu es: \* Deus meus ne tardaveris.

Réquiem aeternam.

Antiphona. Complaceat tibi Dómine, ut eripias me: Dómine ad adiuvandum me respice.

Antiphona. Sana Dómine.

Psalmus 40.

**B**Eatus qui intelligit super egenum, & pauperem: \* in die mala liberabit eum Dóminus.

Dóminus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: \* & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum doloris ejus: \* universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Dómine miserere mei: \* sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: \* Quando morietur, & peribit nomen ejus?

Etsi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, \* cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egredebatur foras, \* & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: \* adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: \* Numquid qui dormit non adjicit ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo speravi: \* qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Dómine miserere mei, & resuscita me: \* & retribuam ei.

In hoc cognovi quoniam voluisti me: \* quoniam non gauderet inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam sus-

cepisti: \* & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dóminus Deus Israel à saeculo, & usque in saeculum: \* fiat, fiat.

Réquiem aeternam.

Antiphona. Sana Dómine animam meam, quia peccavi tibi.

Antiphona. Sitivit.

Psalmus 41.

**Q**uemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: \* quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hec recordatus sum, & effudi in me animam meam: \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei:

In voce exultationis, & confessionis: \* sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? \* & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc continebor illi: \* salutarem vultus mei, & Deus meus,

Ad me ipsum anima mea conturbata est: \* propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermónium à monte módico.

Abyssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dóminus misericordiam suam: \* & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meae, \* dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? \* & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, \* exprobraverunt mihi qui tribulant

me inimici mei:

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc continebor illi: \* salutarem vultus mei, & Deus meus.

Réquiem aeternam.

Antiphona. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dómini?

¶ Ne tradas bestiis animas confitentibus tibi. ¶ Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in fine. Pater noster, **totum secretum.**

Job 17.

**S**piritus meus attenuabitur, dies mei brevialebuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Dómine, & pone me juxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem vertentur in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea, vermis. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

¶ Peccantem me quotidie, & non me poenitentem, timor mortis conturbat me. ¶ Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, & salva me. ¶ Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua libera me. Quia.

Job 19. c

**P**elli meae, consumptis carnibus, adhesit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Dómini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, &

carñibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? quis mihi det ut exarētur in libro stylo fœreo, & plumbi lâmina, vel celte sculptantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: Et rursùm circumdabor pelle mea, & in carne mea videbō Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspēcturi sunt, & non alius: repōita est hæc spes mea in sinu meo.

**R.** Dōmine, secūndūm actum meum noli me iudicāre: nihil dignum in conspēctu tuo egi: idē deprecor majestātem tuam: \* Ut tu Deus dēleas iniquitātem meam. **V.** Amplius lava me Dōmine ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me. Ut tu.

## Lectioix.

**Q**uare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tūmulum. Numquid non pūcitas ad meūm meōrum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam pāulum dolorem meum, antequam vadam, & non revērtar ad terram tenebrōsam, & opērtam mortis caliginē: Terram miserā & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Libera me Dōmine de viis infēri, qui portas æreas confregisti, & visitasti infērum, & dedisti eis lumen, ut vidērent te: \* Qui erant in penīs tenebrarum. **V.** Clamantes & dicētes: Advenisti Redemptor noster. Qui erant. **V.** Requiem ætērnā. Qui erant.

Sequens **V.** dicitur solummodo in die Commemorationis omnium Defunctorum, & quādo cumque pro Defunctis dicuntur novem Lektionen.

**R.** Libera me Dōmine de morte ætērnā, in die illa tremēnda: \* Quando cœli movēdi sunt & terra: \* Dum vēneris iudicāre sæculum per ignem. **V.** Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio vēnerit, atque ventūra ira. Quando. **V.** Dies illa, dies ira, calamitātis & miserā, dies magna & amāra valdē. Dum vēneris. **V.** Requiem ætērnā. Libera me, usque ad primum **V.**

A D I L A U D E S,  
Absolute incipitur.

Antiphona. Exultābunt Dōmino.  
Psalmus 50.

**M**iserere mei Deus, \* secūndūm magnā misericordiam tuam. Et secūndūm multitudinē miseratiōnum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* & à peccāto meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ece enim in iniquitatibus conceptus sum: \* & in peccatis concepit me mater mea.

Ece enim veritatem dilexisti: \* incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: \* lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiā: \* & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: \* & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: \* & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me à facie tua: \* & Spiritum sanctum tuum nē auferas à me.

Redde mihi lætitiā salutāris tui: \* &

& spiritu principali confirma me. Docēbo iniquas vias tuas: \* & impij ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: \* & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Dōmine, labia mea aperies: \* & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: \* cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benignē fac Dōmine in bona voluntate tua Sion: \* ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: \* tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem ætērnā.

Antiphona. Exultābunt Dōmino ossa humiliata.

Antiphona. Exaudi Dōmine.

## Psalmus 64.

**T**E decet hymnus Deus in Sion: \* & tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: \* ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos: \* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, \* inhabitabit in ætriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: \* sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutāris noster, \* spes omnium finium terræ, & in mari longē.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: \* qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: \*

exitus matutini & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: \* multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: \* quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica geminima ejus: \* in stillicidiis ejus lætabitur germen.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: \* & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguentem speciosa deserti: \* & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: \* clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem ætērnā.

Antiphona. Exaudi Dōmine orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Antiphona. Me suscepit.

## Psalmus 62.

**D**EUS Deus meus \* ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, \* quā multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & in via, & in aquosa: \* sic in sancto apparui tibi, ut vidērem virtutem tuam, & gloriā tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: \* labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: \* & in nomine meo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguēdine repleatur anima mea: \* & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: \* quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quasiērent animam meam, introbunt in inferiōra terræ: \* tradentur in manus

nus gladii, partes vultipum erunt. Rex vero letabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstratum est os loquentium iniqua.

**Hic non dicitur Requiem.**

**Psalmus 66.**

**D**Eus misereatur nostri, & benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: \* in omnibus gentibus salutarem tuam. Confiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.

Letentur & exultent gentes: \* quoniam iudicas populos in aequitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \* & metuant eum omnes fines terrae.

Requiem aeternam.

**Antiphona.** Me suscepit dextera tua Domine.

**Antiphona.** A porta inferi.

**Canticum Zachariae.**

**Isaie 38. b**

**E**Go dixi: In dimidio dierum meorum \* vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum meorum: \* dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra, \* & habitarem quietis.

Generatio mea ablata est; & convolta est a me, \* quasi tabernaculum pastorum.

Practica est velut a texente, vita mea: dum adhuc ordire, succidit me: \* de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane, \* quasi leo sic contrivit omnia ossa mea:

De mane usque ad vesperam finies me? \* sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, \* suspicientes in excelsum:

Domine vim patior, responde pro me. \* Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos \* in amaritudine animae meae.

Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me. \* Ecce in pace amaritudo mea amarissima:

Tu autem eruiti animam meam ut non periret, \* projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: \* non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: \* pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac, \* & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostrae in domo Domini. Requiem aeternam.

**Antiphona.** A porta inferi erue Domine animam meam.

**Antiphona.** Omnis spiritus.

**Psalmus 148.**

**L**audate Dominum de caelis: \* laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: \* laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: \* laudate eum omnes stellae & lumen.

Laudate eum caeli caelorum: \* & aquae omnes, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: \* ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in aeternum, & in saeculum saeculi: \* praecceptum posuit, & non praeteribit.

Laudate Dominum de terra, \* dracones, & omnes abyssi.

Ig-

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: \* quae faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: \* ligna fructifera, & omnes cedri:

Bestiae, & universa pecora: \* serpentes, & volucres pennatae:

Reges terrae, & omnes populi: \* principes, & omnes iudices terrae.

Juvenes, & virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: \* quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super caelum & terram: \* & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: \* filijs Israel, populo appropinquanti tibi.

**Hic non dicitur Requiem.**

**Psalmus 149.**

**C**antate Domino canticum novum, \* laus ejus in ecclesia sanctorum. Letetur Israel in eo, qui fecit eum, \* & filij Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in tympano, & psalterio psallant ei:

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: \* & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: \* laetabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: \* & gladii accipies in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus, \* increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: \* & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium scriptum: \* gloria haec est omnibus sanctis ejus.

**Hic non dicitur Requiem.**

**Psalmus 150.**

**L**audate Dominum in sanctis ejus: \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: \*

laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae: \* laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: \* laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: \* omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem aeternam.

**Antiphona.** Omnis spiritus laudet Dominum. \* Audivi vocem de caelo dicentem mihi. **N.** Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

**Antiphona.** Ego sum.

**Canticum Zachariae.**

**Luca 1. g**

**B**enedictus Dominus Deus Israel, \* quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suae:

Et erexit cornu salutis nobis, \* in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, \* qui a saeculo sunt, prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris, \* & de manu omnium qui oderunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: \* & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, \* daturum se nobis:

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, \* serviamus illi,

In sanctitate, & justitia coram ipso, \* omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: \* praebis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, \* in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: \* in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illu-



Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Requiem æternam.

**A**nna. Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

**P**reces infrascriptæ dicuntur flexis genibus. Pater noster. Secretò.

**V** Et ne nos inducās in tentationem.

**R.** Sed libera nos à malo.

**Psalmus 129.**

**D**E profundis clamavi ad te Domine: \* Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine, \* Domine quis sustinēbit.

Quia apud te propitiatio est: \* & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: \* & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam \* dona eis Domine.

Et lux perpétua \* luceat eis.

**Deinde V.** A porta inferi. **R.** Erue Domine animas eorum. **V.** Requiescant in pace. **R.** Amen. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Domine vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**

**D**Eus, qui inter Apostólicos sacerdotes famulos tuos Pontificáli, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quesumus; ut eorum quoque perpétuo aggregentur consortio.

**D**Eus venia largitor; & humana salutis amator: quesumus clementiam tuam; ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beatâ Mariâ semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

**F**idelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

**In die verò Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quando dicitur hæc ultima tantum Oratio, dicitur Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.**

**In die Depositionis Defuncti.**

**Oratio.**

**A**bsolve, quesumus Domine, animam famuli tui **N** ut defunctus sæculo tibi vivat: & que per fragilitatem carnis humanâ conversatione commisit, tu veniâ misericordissimâ pietatis absterge. Per Dominum, &c.

**Si fuerit femina, dicatur animam famule tuæ **N** ut defuncta.**

**In Anniversario die, Oratio.**

**D**Eus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum; quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & lûminis claritatem. Per Dominum, &c.

**Si pro uno tantum sit Anniversarium, dicatur in singulari numero.**

**Pro uno Episcopo defuncto,**

**Oratio.**

**D**Eus, qui inter Apostólicos sacerdotes, famulum tuum **N.**

**Pon-**

Pontificáli fecisti dignitate vigere: præsta quesumus; ut eorum quoque perpétuo aggregentur consortio. Per Dominum nostrum, &c.

**Si fuerit Sacerdos, dicatur Sacerdotali fecisti.**

**Pro fratribus verò & familiaribus, vel benefactoribus, dicitur Oratio. Deus, venia largitor, ut supra. clxx.**

**Pro Patre & Matre, Oratio.**  
**D**Eus, qui nos Patrem & Matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus Patris ac Matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum, &c.

**Si sit pro pluribus, dicatur animabus Parentum nostrorum, & ubi dicitur meque dicitur nosque.**

**Si pro patre tantum, dicatur anima Patris mei, vel nostri.**

**Si pro matre tantum, dicatur anima Matris meæ, vel nostræ.**

**Pro uno Defuncto, Oratio.**

**I**nclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas; & Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum, &c.

**Pro una Defuncta, Oratio.**

**Q**uesumus Domine, pro tua pietate miserere animæ famule tuæ: & à contagii mortalitatis exitum, in æternæ salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum, &c.

**V.** Requiem æternam dona eis Domine. **R.** Et lux perpétua luceat eis.

**V.** Requiescat in pace. **R.** Amen.

**PSALMI GRADUALES**

**D**icuntur in Quadragesima Feria quarta cujuslibet Hebdomadæ, non impedita aliquo festo novem Lectionibus: in Choro ante Matutinum

diei, extra Chorum pro opportunitate temporis.

Primi quinque Psalmi dicuntur sine Glória Patri. Sed in fine ultimi dicitur Requiem æternam. Incipitur absolute sine Antiphona. Psalmus 119.

**A**D Dominum cum tribulärer clamavi: \* & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis, \* & à lingua dolosâ. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi \* ad linguam dolosam?

Sagittæ potētis accutæ, \* cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: \* multum incola fuit anima mea.

Cum his qui odorunt pacem, eram pacificus: \* cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

**Psalmus 120.**

**L**Evavi oculos meos in montes, \* unde veniēti auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, \* qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: \* neque dormitet qui custodit te.

Ece non dormitabit, neque dormiet, \* qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua \* super manum dexteram tuam.

Per diem sal non uret te, \* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: \* custodiam animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: \* ex hoc nunc, & usque in sæculum.

**Psalmus 121.**

**L**ætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: \* In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in atriis

atrijs tuis Jérusalem.

Jérusalem, quæ edificatur ut civitas: \* cuius participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascendérunt, tribus tribus Dómini: \* testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudicio, \* sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jérusalem: \* & abundantia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: \* & abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos: \* loquēbar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, \* quæsiyi bona tibi.

**Psalmus 120.**

**A**d te levávi oculos meos, \* qui hábitas in caelis.

Ecce sicut oculi servórum, \* in mánuibus dominórum sórum.

Sicut oculi ancillæ in mánuibus dómine suæ: \* ita oculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec miseréatur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri: \* quia multum repleti sumus despectióne.

Quia multum repleta est ánima nostra: \* opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

**Psalmus 123.**

**N**isi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël: \* nisi quia Dóminus erat in nobis.

Cum exurgerent hómines in nos, \* forte vivos deglutissent nos:

Cum iraseretur furor eórum in nos, \* forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiit ánima nostra: \* forsitan pertransisset ánima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dóminus, \* qui non dedit nos in captiónem dentibus eórum.

Ánima nostra sicut passer erépta est: \* de láqueo venántium:

Láqueus contritus est, \* & nos liberati sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, \* qui fecit cælum & terram. Réquiem ætérnam \* dona eis Dómine.

Et lux perpétua \* luceat eis.

**Deinde dicitur flexis genibus,**

Pater noster. **Secretó. V.** Et ne nos inducas in tentatióem. **R.** Sed libera nos à malo. **V.** A porta inferi.

**R.** Erue Dómine ánimas eórum. **V.** Requiescant in pace. **R.** Amen.

**V.** Dómine exáudi oratióem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**Oratio.**

**A**bsolve, quæsumus Dómine, ánimas famulórum famulárumque tuárum, & ómnium fidélium defunctórum, ab omni vinculo delictórum: ut in resurrectiós glória inter sanctos & electós tuos resuscitati respiciant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**Post Oratióem statim dicitur alii Psalmi Graduales, qui sequuntur: & in fine cujuslibet Psalmi dicitur Glória Patri, & Filio.**

**Psalmus 124.**

**Q**ui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: \* non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jérusalem.

Montes in circúitu ejus: \* & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum: \* ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

Benefac Dómine bonis, \* & rectis corde.

Declinantes autem in obligatióibus, addúcet Dóminus cum operántibus ini-

iniquitatem: \* pax super Israël. Glória Patri, & Filio.

**Psalmus 125.**

**I**n converténdo Dóminus captivitatem Sion: \* facti sumus sicut consolati:

Tunc repletum est gáudio os nostrum: \* & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter Gentes: \* Magnificávit Dóminus facere cum eis.

Magnificávit Dóminus facere nobiscum: \* facti sumus lætantes.

Converté Dómine captivitatem nostram, \* sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacrymis, \* in exultatióne metent.

Eúntes ibant & flebant, \* mitténtes semina sua.

Veniéntes autem venient cum exultatióne, \* portántes manipulos suos.

Glória Patri, & Filio.

**Psalmus 126.**

**N**isi domus edificáverit domum, \* in vanum laboráverunt qui edificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem dolóris.

Cum dederit dilectis suis somnum: \* ecce hereditas Dómini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagitte in manu poténtis: \* ita filii excussórum.

Beátus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: \* non confundetur cum loquétur inimicis suis in porta.

Glória Patri, & Filio.

**Psalmus 127.**

**B**eatí omnes, qui timent Dóminum, \* qui ambulat in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: \* beátus es, & benedicti erit.

*Pars Hyemalis.*

Uxor tua sicut vitis abundans, \* in lateribus domus tue.

Filii tui sicut novellæ olivárum, \* in circúitu mensæ tue.

Ecce sicut benedicétur homo, \* qui timet Dóminum.

Benedicat tibi Dóminus ex Sion: \* & videas bona Jérusalem ómnibus diébus vitæ tue.

Et videas filios filiórum tuórum, \* pacem super Israël.

Glória Patri, & Filio.

**Psalmus 128.**

**S**apè expugnáverunt me à juventute mea, \* dicit nunc Israël.

Sapè expugnáverunt me à juventute mea: \* etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricáverunt peccatóres: \* prolongáverunt iniquitatem suam.

Dóminus justus concédit cervices peccatórum, \* confundántur & convertántur retrórsim omnes, qui odérunt Sion.

Plant sicut fenem tectórum: \* quod priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non impletit manum suam qui metit: \* & sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Dómini super vos: \* benediximus vobis in nómine Dómini.

Glória Patri, & Filio.

**Postea dicitur flexis genibus,**

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. **Secretó. V.** Et ne nos inducas in tentatióem. **R.** Sed libera nos à malo.

**V.** Meménto congregatiós tuæ. **R.** Quam possedisti ab initio.

**V.** Dómine exáudi oratióem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dóminus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**D**eus, cui próprium est miseréri semper & parcere, sus-

Qqq

**Oratio.**

ci-